

piendum cura, impellere me vel maxime potuerunt, quid? quod et in primis excitarunt. Accessere complurium, qui et nunc quoque in deliciis habent SVVM atque venerantur REVSCHIVM, litteris ad me datis iterum iterumque declaratum desiderium aequae, ac commilitonum, praematura morte sibi ereptum Doctorem lugentium, preces iteratae, vt Theologiae moralis praecepta, in quae suas BEATVS instituerat praelectiones, typis exscriberentur; tandemque Hartungii, Viri honestissimi, cui b. DEFVNCTVS Theologiam moralem, a se elaboratam, typis promulgandam permiserat, iustissima petitio, compendii huius edendi opera vt perfungerer: quibus certe rationibus, quae apud me multum omnino valuerunt, repulsam dare, ego quidem nullus potui.

DE huius autem editionis ratione quaedam ante monenda esse duco, quam de ipso opere eiusque tractatione, quae praefari

fari